

bet Westphalia suos amatores : habet etiam , qui ab eadem abhorrent.

*Cuius palato atrior panis der Bombernichel ; aut perna fumosa similesque cibi arrident : is Guestphalam patriam difficulter reliquerit. Plebs lana vere & tela victum quaerit : & decorum hic est , viros ad fusum & colum sedere. Lintea Bilsfeldensia , die Bielfeldische Leinwand , in Angliam usque transuehuntur. Siluis deinde glandiferis carnem suillam debent ; quam exteris quoque vendunt. Homines inferioris sortis stupidi sunt , desides , languidi ; quae vitia plures naturae ciborum , quibus vescuntur , tribuunt : sed semel exculta eorum ingenia assiduitate ; constantia ; iudiciiue bonitate plerasque Germaniae regiones superant. Quot sacrae curiae ministros intra breue tempus Westphalia dederit , dictum doctumque. De scommatibus Lipsii & strenuis Westphaliae defensoribus actum. Valde iucundum est , scriptores de eadem re diuersos legere : quorum alter odii , alter amoris frena laxat.*

(\*) (\*\*) (\*\*\*) (\*\*\*\*)

§. IX. MARKANVM comitatum multis elogiis prosequuntur Meibomius & Teschenmacherus.

*Solum in hoc Comitatu frugum fructuumque est feracissimum , piscosisque fluminibus Lippia , Rura , Lena , aliisque irrigatum.*

Y 2

(\*) Mindensium ordines prouinciales quatuor generum , 1) Dom-Capitel , 2) Prälaten , 3) nobilitas , 4) ciuitates. Quae classes , iuribus distinctis instructae , in prouincialibus comitiis 1650. in Petershagen errichtet. In iure feudali feuda aperta conferantur non nisi indigenis. Aus diesen sollen auch die Land-Aemter , Drossen , Jägermeister , Land-Räthe besetzt werden ; hat nur 5. Drossen oder Aemter.

Petershagen.

Rheinenburg.

Bergen.

Raden.

Schlüsselburg.

Quamuis reditus non adeo magni ; sed vectigalia ibi excrefcunt ad grandem summam.

(\*\*) Legibus suis viuunt MINDENSES , quas commentario illustrauit CRVSIVS. Agricolae ibi glebae adscripti , als eigen behörige. In quo statuto von den Eigenbehörigen plures latent veteris Germaniae reliquiae.

(\*\*\*) Regimini an. cl<sup>o</sup> 13<sup>o</sup> cc xix. additum tribunal Rauensbergense.

(\*\*\*\*) Incolae omni ratione Westphalicos referunt mores.